Interdum malos pena afficit sapiens non quia se fece-
runt iniuriam, sed quia fecerint, et ne alias faciant. Sic-
ut et pecora ulcere domantur ut dolor contumaciam
vincat. Non se ulciscatur sapiens, sed stultos emendat.
Quis medicus frenetico irascatur? Sat sapiens
tam togatos quam purpuratos male sanos esse.
nec eos aliter quam egrotos medicus intuetur. Quo-
modo sapiens honores vilipendit, eodem fert il-
lata obprobria. Nam qui iniuria aut contume-
lia movetur, numquam potest esse securus. Securi-
tas autem est bonum proprium sapientis. Necesse est enim
a quoque despectu moleste ferat, a quo decet attolli
se gaudeat. Tanta dementia aliquos detinet.
ut a muliere ancillario ab aliquo potario sibi fieri
iniuriam existiment. O quantus inter ista risus, quanta
voluptate implendus est animus ex alienis tamen
novis erroribus contemplans quietem. Cato cum
a se colaphizante rogaretur veniam dare, Ego
inquit non memini me fuisse percussum. Ut sidera
contra mundum cursum intendunt, sic sapiens contra
omnium hominum actus incedit. Male nos iun-
at fortuna, non tota vincat. Ferendam iniuriam